



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Resoluciones de la S. R. Univ. Inquisición: a) del tiempo necesario para adquirir *quasi-domicilio* en una parroquia, en orden al matrimonio; b) *Circa juramentum suppletorium pro statu libero eorum qui quamvis vere vagi non sint, nequeunt tamen aliter probare suam libertatem.*—II. Circulares de la Secretaría de Cámara: a) anunciando Ordenes sagradas; b) anunciando la *Visita Pastoral*; c) sobre fundición de campanas.—III. Socios inscritos para el próximo Congreso católico de Burgos.

E S. R. UNIV. INQUISITIONE

Utrum ad quasi domicilium obtinendum in aliqua parochia relate ad matr. sufficiat materialis commoratio sex mensium in illa, sine animo commorandi per illud temporis spatium.

Officialis Dioecesis N., ad quietem conscientiae suae et ad normam habendam in casibus similibus, dubium sequens proponit Supremae Congregationi:

Anno proxime elapso, vir acatholicus et puella catholica, uterque oriundus ex Roumania, ubi domicilium habent, post-

quam per duos vel tres annos varia itinera susceperint, quin domum reversi sint, in civitatem N. venerunt.

Proposuerant ibi commorari per tres menses, et domum ad habitandum per spatium trimestre pretio locaverant.

Elapso autem trimestri, cogitaverunt de matrimonio inter se contrahendo. Vir erat liber ad matrimonium contrahendum, puella stabat cum matre vidua et erat pariter libera. Quum vero lex civilis praescribat ut quis per sex menses commoretur in loco ubi vult matrimonium contrahere, habitationem in civitate praedicta prorogarunt iterum ad tres menses, et, mense novembri, quum jam per sex menses ibi commorati fuerint, Officiale[m] adierunt, dispensationem super impedimento mixtae religionis et licentiam matrimonii celebrandi petierunt.

Praedictus Officialis haesit, quaerendo utrum praefati sponsi acquisiverint quasi domicilium sufficiens ad matrimonium. Equidem per sex menses in dicta civitate commorati fuerant; sed quando illam ingressi erant non sibi proposuerant habitare per majorem partem anni. Elapsis tribus mensibus, cogitaverant de matrimonio ineundo et iterum proposuerant habitare per tres alios menses tantum ut compleretur spatium semestre requisitum ad matrimonium a lege civili.

Deficiente intentione habitandi per majorem anni partem, Officialis, ex consulto peritorum Canonistarum existimavit sponso non acquisivisse quasi domicilium in illa civitate, ac proinde se non habere facultatem dispensandi nec licentiam concedendi ad matrimonium contrahendum. Sponsi vero, cum omnia paraverint ad nuptias, contractum civilem iniverunt et ad aliam regionem profecti sunt.

Petit igitur Officialis an non severius egerit in deneganda dispensatione et licentia matrimonii contrahendi, et, grato animi sensu acciperet responsum, quo in futurum ut norma pro casibus similibus uti possit.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEemis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Orator acquiescat; et addatur: Se conferentes in civitatem N. ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per majorem anni partem, facto verbo cum SSmo. (1).

Sequenti vero Fer. VI, die 11 ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

II

Circa juramentum suppletorium pro statu libero eorum qui, quamvis vere vagi non sint, nequeunt tamen aliter probare suam libertatem.

Beatissime Pater:

P. B. Epo. N. N. saepe difficultates occurrunt pro complendis probationibus status liberi in ordine ad matr. Contingit enim quod nonnulli, quamvis neque vagi sint neque milites, e propria regione absunt, neque obtinere possunt relativum

(1) Uti clare apparet, S. Off. noluit rem theoretice definire, sed gratia, facto verbo cum SSmo. concessa est in casu pro dicta Civitate.

documentum status liberi pro tempore absentiae. Et ideo petit Orator facultatem ut etiam illos admittere possit ad iuramentum suppletorium, uti fit cum vagis et militibus. Eandem insuper postulat facultatem pro casibus in quibus obtineri nequit documentum pro accepta Confirmatione. Et etc.

Feria IV, die 30 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Quoad documentum libertatis, transmittatur Instructio in Adrien, diei 1 Februarii 1865 (1). Quoad documentum Confirmationis, Episcopus utatur jure suo.

Feria vero VI, die 2 Decembris ejusdem anni in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

Instructio vero in *Adrien*. diei 1 Februarii 1865 est prout sequitur:

I. Utrum Epus teneatur ad certiorandum cum processu testium, de libertate sponsorum qui matr. contrahunt in sua Diocesi, antequam fiant publicationes, etiamsi isti semper domicilium habuerint in dicta Diocesi?

Resp. Generatim loquendo, affirmative.

II. Quanam sit maxima extensio quae dari possit denominationi vagorum, et utrum Epo. liceat admittere ad iuramentum loco litt. testimonialium Curiarum et processus super testibus pro matrimoniis celebrandis in propria Diocesi,

(1) Dicta Instructio citata ab Emo. Card. Monaco Ep. Ostien. in Synodo Ostien., nunc pro prima vice authentice ab ipso S. O. publici juris fit.

illas personas quae, quamvis vagae proprie non sint, commoratae sunt in variis locis, et asserunt sese non posse adducere testes coram Curiis pro testimonio status liberi; utrum tandem generatim possint tractari sicuti vagi, in quantum ab iis nequeunt obtineri petita documenta libertatis, possintque admitti ad iuramentum quoad illa loca relate ad quae nequeunt testimoniales obtineri?

Resp. Affirmative, durante indulto admittendi ad iuramentum suppletorium, et servatis omnibus clausulis in eodem indulto contentis, et dummodo mora in unoquoque vagationis loco non excesserit annum.

III. Utrum litt. testim. relate ad statum liberum semper versari debeant tum circa examen testium, tum circa publicationes?

Resp. Regulariter loquendo, affirmative, quando mora contrahentium non fuit continua per plures annos in loco in quo contrahitur matrimonium.

IV. Utrum pars instructionis "si contrahentes sint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fidem Ordinariorum suorum esse liberos etc.", non habeat vigorem ob facultatem concessam a S. Sede ad admittendos pro iuramento suppletorio vagos et milites, et utrum quoad illos et illos, praeter iuramentum suppletorium, exigendae sint etiam publicationes in locis in quibus vagi fuerunt vel militiae adscripti?

Resp. Indultum admittendi ad iuramentum suppletorium locum dumtaxat habere quando libertas status aliter legitime probari non potest.

V. Utrum, quum deficient testes, vel isti insufficienter cognoscant personas, ita ut nequeant respondere interrogationibus praescriptis a supracitato decreto, et speciatim interrogationibus sub nn. 9 et 13 contentis, uti ordinarie accidit, possit Epus. permittere matrimonium, pro satis habens publicationes in iis locis in quibus fieri possunt, imo et deficientibus iis seu partialiter seu totaliter, utrum admittere possit ad iuramentum, quod habeatur uti probatio totalis vel partialis

libertatis, relate ad regiones in quibus fieri nequeunt publicationes, nec testium processus?

Resp. Urgendum observantiam instrucciones s. m. Clementis X sub feria V, 21 augusti 1670 cum adnexis declarationibus datis fer. VI, 24 febr. 1847 et instandum ut parochi diligenter inquirent a contrahentibus testes fide dignos in respectivis locis examinandos. Si tamen id difficulter admodum fieri possit, admitti poterunt in curia loci ubi contrahitur matrimonium testes fide digni, qui status libertatem tempore vagationis concludenter probent; et si Ordinario opportunum videatur admitti etiam potest sponsus ad juramentum suppletorium, constito tamen ipsum esse fide dignum. In casibus vero particularibus et difficilioribus r. p. D. Episcopus recurrat ad S. Congregationem. Quod si matrimonium adeo urgeat, ut tempus recurrendi non adsit, Episcopus curet concludentes probationes super status libertate prout expediens judicaverit aliter colligere.

Romae, die 11 Januarii 1865.

SECRETARÍA DE CÁMARA

Circular

Anunciando Órdenes

El Rmo. Prelado de la diócesis conferirá, Dios mediante, sagradas Órdenes generales en las próximas Témporas de la Santísima Trinidad.

Los aspirantes presentarán las solicitudes y demás documentos necesarios en esta Secretaría de Cámara antes del 1.^o de Mayo. El Sínodo tendrá lugar el día 2 del mismo mes.

Salamanca 15 de Abril de 1899.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

Otra

Anunciando la Santa Visita Pastoral

Con la gracia de Dios se propone nuestro Rmo. Sr. Obispo girar la Santa Pastoral Visita, en la presente primavera, por los Arciprestazgos de Cantalapiedra y Sierra de Francia, continuándola, á ser posible, por los de las Armuñas.

Oportunamente se avisará á los respectivos Párrocos del itinerario de la Santa Visita.

Salamanca 15 de Abril de 1899.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

Otra

Sobre fundición de campanas

Tengan la bondad los Sres. Párrocos de las iglesias, en donde haya campanas rotas, de manifestar á esta Secretaría, antes del 15 de Mayo próximo, cuántas sean aquéllas, qué peso tenga cada una, cuál sea el peso en que quieran dejarlas en el caso de una refundición, y qué auxilios pueden dar los Ayuntamientos ó el vecindario para este objeto.

Con tales datos se estudiará el difícil problema de proporcionarnos buenas campanas, garantizadas por tiempo notable, y cuyo pago se haya de hacer en plazos, allí donde no sea posible pagarlas de presente. Interesa mucho este servicio, para evitar los daños que se han seguido á algunas parroquias que, ó han perdido el metal de las campanas rotas, por arruinarse los industriales á quienes lo entregaron, ó han recibido nuevas campanas fundidas con malos materiales que se han inutilizado á poco de usarse.

Una vez conocidos los datos que se piden en esta circular,

se tratará de ver quiénes son los fundidores que, por ofrecer más sólidas garantías, mereciesen ser preferidos, y se dirá á los Sres. Curas cuáles son las bases y condiciones que resultasen más ventajosas.

Salamanca 15 de Abril de 1899.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,

Maestrescuela-Secretario.


CONGRESO CATÓLICO DE BURGOS

En la Secretaría de la Junta diocesana de Salamanca se han hecho las inscripciones siguientes de socios para el Congreso Católico, que ha de celebrarse en el próximo mes de Agosto, en la antigua capital de Castilla:

Excmo. Sr. D. Tomás de Ubierna, Deán de la Santa Basílica Catedral salmantina, como honorario.

Muy Ilustre Sr. D. Francisco Jarrín y Moro, Magistral de la misma Catedral, como titular.

D. Tomás Redondo, Presbítero, como titular.



AL ILMO. SEÑOR

D. Juan Antonio Ruano

PÁRROCO BENEMÉRITO QUE FUÉ DE ESTA DIÓCESIS

OBISPO DE CLAUDIÓPOLIS

Y

ADMINISTRADOR APOSTÓLICO

DE BARBASTRG

EN EL DÍA SOLEMNE

DE SU

CONSGRACIÓN EPISCOPAL

EN TESTIMONIO DE VENERACIÓN

Y AFECTO RESPETUOSO

La Redacción del "Boletín Eclesiástico."

